BEDA VENERABILIS. HIERONYMUS
2. Viertel 12. Jh.
Seite 142r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36488
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



possit. inuenire non possit. Habebit enim tunc quod pusillus desiderator supplex
a dno querebat dicens. Bne ostende nobis patrem & sufficit nobis. Constat enim
quia dies iudicii sepe in scripturis octonario numero typice exprimitur
eo quod hoc seculum quod septem diebus currit sequatur. Unde & ypocrita psalmo titulum
p octauam imposuit. quem ob metum causae districti iudicii cantauit ne in ira
tua arguas me neq; in furore tuo corripias me. S; non
contemnenda nascitur questio. quomodo dicatur domus dni in mense oc
tauo perfecta in omni opere suo. & in uniuersis utensilibus. cum insequentibus
legitur mense septimo dedicationem eius esse completam. Neq; autem credibile est.
quod septem uidelicet annis templum edificans salomon in septimo mense anno oc
tauo perficere. f. usq; ad septimum anni in mense dedicationem perfecti distulerit.
Unde potius uero simile uidetur domum septem annis ac septem mensibus edificatam.
ita. ut eodem mense septimo. dedicationis sit celebrata sollempnitas. ac die
uicesimo tertio ipsius mensis ut uerba dierum narrant populos salomon ad taber
nacula sua dimisit. sicq; post unam septimanam aduenientem mense octauo per
fecta inuenta sit domus dni. & operibus uidelicet eius uniuersis. & ipsa dedica
tione prius completa. in forte putandum est post dedicatum templum aliquod adhuc
utensilium in ministeria eius ad dnum fuisse usq; ad ingressum octaui mensis.
adeo ut omnino mense septimo qui erat totus sollempnis tem
plum dedicatum. atq; ita reperiuntur uerum utrumque. & templum uidelicet octauo mense
in omni opere suo atq; utensilibus perfectum. & ipsum mense septimo dedicatum.
Misit quoq; rex salomon & tulit hyram de tyro filium muliebris uiduae de tribu
neptalim. patre tyrio. artificem eximium. & plenum sapientia. & intelligentia. & doc
trina. ad faciendum omne opus ex aere. Qui cum uenisset ad regem salomonem fecit
omne opus eius. Et hoc mysterium gratia factum est. Artifex quippe tyrius quem adiu
torem sui salomon adsumpsit operis. doctos de gentibus uerbi ministros signi
ficat. Qui uidelicet artifex pulchre dicitur quia filius erat muliebris uiduae de
israel. in qua persona solae non numquam presentis temporis ecclesia figuratur. per qua
uir suus uidelicet morte gustata resurrexit atq; in celos ascendens. eam peregri
nantem a se reliquit in terris. Non autem laborandum in explanando quomodo
huius uiduae filii sed sint predicatores. cum omnes electi uirtutum filios se esse fateantur
ecclesiae. cum etiam de eisdem predicatoribus noui testamenti specialiter a prophetis di
cente ppha. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii. constituis eos principes super
omnem terram. Fecit autem hyram omne opus salomonis. quia nimirum doctores
sedium ministerio uerbi fideliter insistunt opus utique dei operantes quo illis lo
quendo foris uia ueritatis aperiunt. qs uitus inlustrando ipse ad uitam pordinauit aeternam. Ego in quit plantauit. apollo rigauit. ds autem incrementum